Quelle: http://manuscripta.at/?ID=917
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Et dixit eis. Euntes in
mundum universum: pre
dicate evangelium omni
creature. Qui crediderit
et baptizatus fuerit sal
vus erit. qui vero non cre
diderit condempnabitur.
Signa autem eos qui cre
diderint hec sequentur
In nomine meo demonia
eicient: linguis loquentur
novis. serpentes tollent.
Et si mortiferum quid bi
berint non eos nocebit.
Super egros manus impo
nent: et bene habebunt.
Et dominus quidem ihesus po
stquam locutus est eis: as
sumptus est in celum et
sedet a dextris dei. Illi aut
profecti predicaverunt ubique:
domino cooperante et sermones
confirmante sequentibus
signis. Feria vj. Lectio actuum a
n diebus illis Multitu
dinis credentium erat cor
unum et anima una: nec quis
quam eorum que possidebat
aliquid suum esse dicebat.
sed erant illis omnia
communia. Et virtute ma
gna reddebant apostoli te
stimonium resurrectionis
ihesu xpi domini nri: et gra
tia magna erat in omnibus
illis. Neque enim quisquam
egenus erat inter illos.
Quotquot enim possessores
agrorum aut domo
rum erant. vendentes
offerebant pretia eorum
que vendebant et pone
bant ante pedes apostolorum.
Dividebatur autem singu
lis prout unicuique opus
erat. Secundum lucam.
In illo tempore. dixit dominus. Ego
mittam promissum patris
mei in vos: vos autem
sedete in civitate quoad
usque induamini virtute
ex alto. Eduxit autem eos
foras in bethaniam: et e
levatis manibus suis be